UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesin Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

II. Testimonium de Mysterio Trinitatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

Visual Library

II.

DE TRINITATE.

Etſi erudita & pia eſt cogitatio quorundam patrum, qui apparitionem trium Virorū, factam Abrahæ, ad Articulum Trinitatis accommodant, tamen melius eſt, doctrinam de tribus Perſonis Diuinitatis ex alijs illuſtrioribus teſtimonijs ſumere. Nam hæ Allegoriæ ad confirmandas mentes & Aduerſarios conuincendos parum aut nihil ualent, etſi in docendo & illuſtrando grata ſunt. Vt enim Abraham tres diſtinctas perſonas coram intuetur, & tamen in oratione ſua ſingularem numerum uſurpat, ſic firmiſſimè ſtatuendum eſt unam eſſe eſſentiam æterni PATRIS, FILII, & SPIRITVS SANCTI, diſtinctam tribus perſonis.

III.

ALLEGORIA TRIVM Satorum.

Satum Menſuræ nomen eſt, continens 24. ſextarios, ſeu ſex cantharos Roſtochianos. Drey Stübchen.

Tria Sata efficiunt Menſuram Ephi reſpondentem noſtræ menſuræ, cui à Scapha nomen eſt.

Ebræi capacitate ouorum menſuras diſtinguunt, ita u